Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26539
Copyright: Admont, Benediktinerstift



necessaria fuerat episcopalis. quare ignes. quare
suspendia. quare ungulę simul et cruces. Q.
Quare arrianorum serpentina ples contra innocen
tes genera talia tormentorum inuenit. qualia
nec ipse mechentius exquisiuit. Dimicauit con
tra innocentiam cupiditas furoris et auaritia
crudelitatis. ut et animas perderet et substantiam
arpagaret. Si conlatio desiderabatur. quare rapi
nę rerum alienarum. non tantum sacerdotum
uerum etiam laicorum. Sed illi expoliati letati sunt. et ra
pinam rerum suarum cum gaudio susceperunt.
Assit iam queso omnis ętas. omnis sexus. omnisque con
dicio. assit obsecro omnis turba catholica nominis.
que gremio materno toto orbe gestatur. quę
sola germanum commodare nouit affectum. quę
didicit a paulo magistro et gaudentibus conleta
ri. et cum lugentibus lamentari. conueniant si-
mul ad domum nostri doloris. et paribus oculis funda
mus flumina lacrimarum. quia causę et fidei
nostrę unum est negotium. Nullum uolo ad condo
lendum mecum hereticum conuenire. qui forte